Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·ve·m·

169

In diebz illis factum est cum apollo Lectio actuum apl'orum
esset corinthi et paulus pagatis superioribz partibz veni
ret ephesum et inueniens quosdam discipulos dixit ad illos
Si spm sanctum accepistis credentes. At illi dixerunt ad eum
Sed neque si spiritus sanctus est audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo bap
tizati estis. Qui dixerunt. In iohannis baptismate. Dixit
autem paulus. Johannes baptizauit baptismo penitentie populum di
cens in eum qui ueniens est post ipsum ut credent in eum scilicet
Hijs auditis baptizati sunt in nomine domini ihu. Et cum
imposuisset illis manus paulus uenit spiritus sanctus super eos et lo
quebantur linguis et prophetabant. Erant autem omnes uiri fere
duodecim. Introiens autem synagogam paulus cum fiducia
loquebatur per menses tres disputans et suadens de regno dei.
Alleluia Lectio septimi euangelii. Laudate dominum. Et in uigilia pasche. vij. h.
Sequentia sancti euangelii secundum Johem.
Dixit dominus. Si diligitis me
mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem meum et
alium paracletum dabit vobis. ut maneat vobiscum in
spm veritatis quem mundus non potest accipere quia non uidet
eum neque nouit eum. Vos autem cognoscetis eum quia apud vos
manebit et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos ve
niam ad vos. Adhuc modicum et mundus me iam non
uidet. Vos autem uidetis me quia ego uiuo et vos viue
tis. In illo die vos cognoscetis quia ego in patre meo.